



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Marco papa secundo. Cap[itulum]. xxxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse octobris occurrētibus. Fo. cclviij.

orationem ad dominū fudit: genibusq; in mare moze pontis positus ita molle inuentum est: ac si cera igne soluta: extractisq; genibus vestigia in marmore perpetuo remanserunt. Que cum regi illi presentata fuisset: et eam de nomine interrogasset. Justina christianam se esse respondit. Longe de secta sua interrogata christum se collere cōstanter diceret: et pro eius nomine ad omnia tormenta se paratam assereret: atq; deoz oīno sacrificia recusaret: maximianū abq; alijs tormentis: utpote regali sanguine nam iussit eam gladio extringui. Et cū deo gratias egisset ad locum passionis adducta: orationem premisit: et sic gladium eius lateri spiculator immerit. Que telo infra per horam intergraz: expāsis manibus erectis in celū oculis ad dominū exorauit: et omnes christianos astantes confortauit. Sicq; cunctis vale dicens spiritus emisit non. octobris. Eius corpus a sancto prosdocimo et christiano fere mille passibus a ciuitate parauit sepultum est: et ecclesia insignis nomini eius desuper edificata: vbi vsq; in presens quiescit: et miracula multa ostendit.

De sancto Marco papa primo. Cap. xxxij.



**M**arcus huius nominis primus natus de romānis ex parte patris. Felicitas primo pontifici in episcopatu romano successit: et sedit annos. viij. mens. ij. dies. x. hic constituitur nullus episcopus vel sacerdos etiam si maioris scientie et probitate existat se ponat ante alium priusq; se ordinatum. Et hic solus de tantorum numero pontificū qui fuerunt a beato petro apostolo vsq; ad siluestrum papam martyrium euasit. Et requiescit in ecclesia in qua prius presbyter ordinatus fuerat: que vsq; hodie ecclesie sancti marci nominatur: que est in medio rome in regione que dicitur pinus. Quiescit autem in pace non. octobris. Et cessauit episcopatus dies. vi.

De sancto Marco papa secundo. Cap. xxxiij.



**M**arcus huius nominis secundus: natione romanus ex parte patris siluestro pape pontifici in episcopatu successit. Seditq; annos. ij. menses. viij. dies. xx. hic constituit ut episcopus ostentis: qui consecrat episcopos vbi pallio vteretur. Et constituit in ecclesia omnibus diebus dominicis et in natalitijs apostolorum symbolum ab omni clero et populo alta voce cantari. Et hic requiescit in pace. Et sepultus est in cimiterio babilie via ardeatina

non. octobris. Fecit autē ordinationes duas per mēsem decembriū presbyteros. xxv. diaconos sex: episcopos per diuersa loca numero. xxvij. Et cessauit episcopatus dies viginti.

De sancto Marco scriptore et confessor. Cap. xxxv.



**M**arcus bere mi cultor cognomine scriptor sic dicitur est: quia plurima sanctorum anachoritarū in deserto egypti comorantiū gesta scribebat. Quod dum ad comunentem accederet: angelus ei sacramenta porrexit. Eius manum tū vsq; ad iuncturam brachij vidit. Requistus autem a matre: ut ad se visendam accederet vestitus sacco scisso et reconfuto: facieq; fuligine tincta ad eam oclis clausis ingressus est. Et visus ab ea: sed ipsam minime conspicit: statim egressus est hec heraclides.

De sancta Pelagia peccatrice. Cap. xxxvi.



**P**elagia prima feminarū antiochie ciuitatis adhuc pagana rebus et diuitijs plena corpore pulcherrima: habitu ambrosa et vananimo et corpe impudica per ciuitatem quadā vice cū pompa maxima trāsibat: ita ut nihil super eā nisi aurū et argentū et preciosi lapides viderent: et quocunq; iret diuerso aromatum aerem odore repleteret: quā precedebat: et sequebat multitudine pueroz et puellarū: qui et ipsi preclaris vestibus erant induti. Quam dū nouus eps heliopolos: que nunc damiata dicitur vidisset: amarissime flere cepit: ex eo qd ipsa maiorē curā habebat placere mūdo qd ipse placere deo. Procidēsq; in terram faciem suā percutiebat: et terrā lachrymis irrigabat: ac dei misericordiā implorabat. Dixitq; astantibus clericis: qd deus illam in iudicio contra eos producturus esset: quoniam ipsa tam solcite se depingebat: ut terrenis amatoribus placeret: et ipsi celesti sponso placere negligenter. Dum hec et similia diceret subito obdormiuit. Et visus est ei qd quedam colūba magna et ferida circa eum celebrantē volaret: qui dū cathecuminos efficeret: columba disparuit: et post missam rediens in vase aque ab eodem demersa: mūda et candida exiuit: et tā altrevolauit: qd videri non potuit. Et dum super visionem stuperet: et post hec die quadā in ecclesia predicaret. Pelagia qd aderat: adco ē subito